

pum & rosmar. licet qualitate juvent, subtilitate nocere, si materia fluat. Contra, *Johann Bapt. Zapatha* herb. rosmarin. sine exceptione laudat: vocat enim herbam miraculosam & ait ad catarrhos esse præcipuam; hic ex hac conserv. ut vocant, & Essent. ac Balsamum præparat tragacanthæ admiscendo oleum. Cæteroquin *oleum* rosmarin. fit insolatis in vase vitreo foliis, ut etiam flor. roris marini, ac *Sebizius* etiam scribit, vinum rosmarinatum catarrhos ficcare. *Conrad. Kunrad.* ex rosmarino balsamum & *Job. Poppius* ∇ am conficit. *Gabelhoverus* decoctam chinæ cum fructu præscribit: alii decoctum ligni lentiscini c. mastiche singulariter commendant. Decoctum catarrhale suum commendat *Mynsichtus*, it. vina anticatarrhale. *Lindanus* laudat insigniter sequens vinum anticatarrhale. \mathcal{R} . rasur. ligni sassaf. \mathfrak{z} ij. rad. cariophyll. \mathfrak{z} j herb. rosmarin. recent. $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. infunde in mensur. 2. vini coque in vase clauso in MB hor. 8. deinde refrigera & vinum colatum propinetur; hoc etiam ventriculum roborat, laticemque vitiosum corrigit. Paratur quoque ex *cortice tamarisci* vinum anticatarrhale compositum, ingrediuntur illud lign. guaj. cort. tamarisc. $\mathring{a}\mathring{a}$ \mathfrak{z} iiij. lign. rhod. sassaf. gummos $\mathring{a}\mathring{a}$ \mathfrak{z} ij. herb. absinth. vulg \mathfrak{m} j. Scolopendr. eupator. menth. hyssop. $\mathring{a}\mathring{a}$ $\mathfrak{m}\mathfrak{ss}$. rad. helen. centaur. $\mathring{a}\mathring{a}$ $\mathfrak{z}\mathfrak{ss}$. Zedoar. cinam. \mathfrak{z} j. mens. 4. vini tent in infus. per σ & ρ sumatur haustus ante pastum. Majoris efficaciz præter dicta vegetabilia sunt, *Essentia* lignorum composita, *Tinctura corall.* sassafrat. Ess. flor. anthos, salv. serpilli, lil. conyall rosar. & similia.

Verum est de *succino*, quod appropriatum sit medicamentum catarrhis, si debito modo præparetur cum spirituosis. Sic magnificimus *succinum catarrhale D. Michaëlis*, \ominus *succini* volatile & exinde præparatum *liquorem* dictum C. C. *succinatum*, cujus salutarem effectum ipse aliquoties in catarrho dicto suffocativo expertus sum. Paratur ex $\mathfrak{ss}\mathfrak{ss}$. Sp. C. C. benè rectificati & proprio \ominus le volatili imprægnati cui adduntur \ominus lis volat succ. \mathfrak{z} iiij. Miscentur & per reiterata cohobia destillatur, adhibetur à gtt. 10. usque ad 20. 30. majoris efficaciz erit hic liquor, si ipsi addatur \ominus genuinum microcosmicum, quo mirabilia in praxi medicâ præstare possumus: Verum res est altioris indaginis & non cuivis nota. Præte-